

Franckesche Stiftungen zu Halle

Christologia Concordans Evangeliorum Occasione Responsi Summe Rever. Dn. Valent. Ern. Loescheri S.S. Theol. D. & Superint. Dresd. &c. nec non ...

Winckler, Balthasar

Bernburgi, MDCCXXVIII.

VD18 13484893

Responsum Reverendissimi atque doctissimi Dn. Val. Ern. Loescheri, S. Theol.
D. & Superintendentis Dresdensis Spectatissimi [et]c.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-199360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-199360)

Quam causam uti universæ Ecclesiæ Christianæ communem, ita singulis Christianis propriam, Lector benevole, iudicio tuo, ex gratia Dei æque verissimæ religionis christianæ nostræ, fraternæque sententiæ flagranti, permitto.

RESPONSUM

Reverendissimi atque doctissimi Dn. Val. Ern. Lœscheri, S. Theol. D. & Superintendentis Dresdensis Spectatissimi &c.

Dn. Balth. Wincklero nomine Societatis, quæ Relationes innocentes edit, Syncretismo & Pietismo (quod non negatur) oppositas, ad quæstiones propositas, inter occupationes innumeras respondetur:

I. Certum est, *personam* in Christo *re ipsa* a naturis (saltem a divina) abstractam sine horrendo errore concipi non posse, nec discrimen inter personam & naturam esse ex eorum numero, quæ realia, gradu majori, h. e. peculiare subjectum fundantia & constituentia sint, (quam realitatem majorem

A a

rem

rem vocant.) Igitur, quando actiones & passionēs dicuntur personarum esse, semper persona cum natura intelligi debet. Sic humana natura subsistit non ut nuda natura, sed ut personae Christi natura. Quamvis tō *subsistere*, accurate loquendo, nec actio, nec passio sit, sed *Modus nudus & radicalis*. Humanam verō naturam *se personare* Nostrates nequaquam docent.

II. Certum est, naturas & idiomaticas in Christo *Communia* esse in *Persona* & *propter eam*, h. e. ex personali unione. Sed communio illa propterea non terminatur in personam abstracte spectatam, aut spectandam; sed primum in *personam* cum utraque vel alterutra naturarum spectatam; deinceps in *naturam* alterutram cum persona spectatam: alias non esset realis, ex supra dictis; quia persona re ipsa a naturis abstracta, & peculiare subjectum fundans concipi non potest. Strimesiana Phrasis de *communicatione* facta *ad personam* in concreto, intelligitur ab ipso Autore de peculiari aliquo subjecto, quod sit persona

sona
utra
a di
etat
cret
clési
cœr
hun
cōm
in a
obse

sona
siur
com
qua
eni
son
pra
con
off
coi
No
mu
ve
sec

sona, sic ut realitate majori differat ab utraque natura, sive sit *subjectum tertium* a divina natura cum hypostasi sua spectata distinctum, ut adeo nomen concreti personæ contra perpetuum Ecclesiæ usum adhibeat. Noster verò cœrus nec unionem abstractivam, nec humanitatem deificatam admittit, sed cōmunionis ultimum effectum etiam in abstractis naturarum, mente factis, observat ac confitetur.

III. Non solum veritas unionis personalis, sed etiam vis dictorum & phrasium biblicarum nos urget, ut *veram communicationem idiomatum* statuamus, quæ non sit *nuda cōlidois relativa*; sic enim anima & corpus in homine personaliter unita dici possent. Deinceps prædicatio biblica *ἀξιοπάτω*, & realis concursus utriusque naturæ ad opera officialia, secundum & tertium genus cōmunionis necessario exposcunt. Non autem extendimus illam cōmunionem eo usque, quo ratio revelationi serviens, eam extendi vellet, sed subsistimus religiose in revelatis.

Qvæ causa est, cur nec attributa divina qviescentia humanæ naturæ ad usum, nec humana idiomata divinæ ad affectionem tribuamus. Si Christus ex duabus naturis *nil nisi substantiam* communem habentibus consisteret, non esset arctissime unus, nec Deus incarnatus vere dici posset. Et qvæ sigillatim de Christo homine prædicantur *ἀνθρώπινα*, si saltem de persona, qvæ homo est, sic ut re ipsa non afficeretur humana natura, prædicarentur, aut *persona* esset *tertium* quid, & subiectum novum, cui *communicatio* fieret, aut *communicatio* non esset *realis*, aut personæ, qvatenus divinæ naturæ hypostasis est, h. e. divinæ naturæ *ἐν ὑποστάσει* spectatæ, *communicatio* eorum fieri deberet, qvæ jam habet: Qvæ tamen omnia sunt *ἀποκατὰ θεολογία*. Cum vero ex parte divinitatis unio sit activa; assumptiva & perfectiva, certum est, ejusdem effectus a parte humanæ naturæ, tanquam *βεχλωσι* passæ, qværendos esse, non quidem ut aliam nanciscatur essentiam, sed ut aliis vere fulgeat

geat
vini
null
tim
Exi
huj
tam
nost

IV
næ
pres
qvo
ut si
cur
attr
pet
deo
her
gva
can
nul
ma
sur
mi
hu
bu

geat axiomatibus. Sic plenitudo divinitatis habitat non in persona Christi, nullam aut saltem divinam, sed sigillatim naturam humanam involvente. Exinanitio autem, cum plenitudinis hujus usum, non possessionem radicatam auferat, nihil contra doctrinam nostram efficit.

IV. Ecclesia nostra *Ubiquitatem* humanæ naturæ nunquam adscripsit, sed *omni præsentiam exhibitivam*, eodem modo, quo omnirectionem & omnijudicium, ut sic loquar. Hæc omnipræsentia, accurate loquendo, non per modum novi attributi constitutivi, sed *ἐνεργείας* in perpetuo actu & exercitio competit, ut adeo præstet a locis & repletionem abstrahere, (neque enim *incommodas phrasas, quæ Nostris obrepserunt*, probamus,) candideque profiteri ac credere, quod nulla locorum intervalla, quæ alias humanam naturam restringunt, in censum hic venire possint aut obstant, quo minus Christus spectatus sigillatim in humanitate sua personata, illam omnibus creaturis præsentem sistat, sicut

conditiones humanitatis alias τῇ παμ-
 βασιλείᾳ καὶ παντοκρίῳ prorsus adversæ,
 non obstant, quo minus Christus sua
 etiam humanitate vere regat omnia ac
 judicet. Atque id ipsum *Actum perso-*
nalem vocamus, & actui naturali oppo-
 nimus. Subtilitates, quæ hic immiscen-
 tur, omnes propterea nostras non faci-
 entes, sed in necessariis persistentes, pro
 certo autem habemus, subsistentiam in-
 finitam nullo modo posse fieri finitam,
 & tamen eandem infinitam subsisten-
 tiam finitæ humanitati vere compete-
 re. In statu exinanitionis abdicatum
 tantisper tum omnipræsentia, tum cæ-
 terorum ἀντικειμένων usum fuisse, salvo
 actus illius personalis fundamento rea-
 lissimo haud difficulter intelligitur; &
 clarum præterea est, salva veritate eo-
 rum, quæ corpori ex legibus physicis,
 quamdiu sub illis continetur, accidunt
 personalem illam ἐξ ἑαυτῆς, etsi incompre-
 hensibili modo, citra contradictionem,
 locum habere.

V. Formula Concordiæ, cujus mul-
 ta dicta in scripto, ad quod nunc respon-
 detur.